

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus secundus de legibus, vel, de legumlatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

qua vel maxime ingenium declarare videntur, an Dionysij spectaculis, aut Venerea in re animo succumbente, ut mores alicuius in periculum vel filia vel filij, vel uxoris pudicitia exposita, probes? Equidem si infinita commemorare, nunquam inuenies in quo per iocum, sine omni prorsus periculo spectare ingenia sic ut in vino licet. Quae de re neque Cretaenses, neque alios hominum ullos dubitatos unquam putamus, quin huiusmodi morum examinatio conueniens sit, ac praeter ceteris facilis, tuta, breuis. CL. Verum id quidem. ATH. Hoc igitur vilissimum quiddam erit, naturas & habitus animorum arte illa cognoscere, quae ista curanda sunt. Est autem hoc, ut arbitror, ciuilibus facultatis officium. An non? CL. Sic est omnino.

DIALOGVS SECVNDVS DE LEGIBVS, VEL DE LEGVM LATIONE. MARSILII FICINI ARGVMENT.



LATO noster mirifica in genus hominum charitate, nihil in disputationibus suis intentatum relinquit, quod ad humanam salutem quauis ratione conducere videatur. Atque dum id studiosè contendit, maualt vel prolixum, vel etiam curiosissimi crimen subire, quam negligentis. Ergo exquisitam in se cumdo etiam libro atatis tenera & prosequitur disciplinam. Animaduertens enim pueros feruere ut bestias, quasi nihil pensi habere, sed & quocumque voluptas trahit, prorumpere, & undecumque retrahit dolor, protinus aufugere, non iniuria prius quam male vel prosequendi, vel fugiendi procliuas in habitum inolescata, aurigae pueri & equis imponit, voluptatis videlicet, & doloris habenas manutentem. Quem quidem aurigam nominat disciplinam, virtutem scilicet, quae primo pueris aduenit, quae voluptas, & amor, dolorque & odium per alienam rationem rectè in animos influunt, antequam ratione propriè moueantur: ratione deinde praesente, propria insuper rationi consentiunt, propter superiorem bonorum morum consuetudinem. Hanc ipsam consensionem, vniuersam vult esse virtutem. Ipsam verò decentem circa voluptates & dolores assuetudinem, per quam ab initio usque ad extremum vitae homines oderint, quae odisse oportet, & amant quae amanda sunt, quam diu sub alterius regitur ratione, nominat disciplinam. Deinde verò, cum rationi propria iam expergefacta consentit, nomine virtutis appellat. Eiusmodi verò vitae moralis fundamentum maxime esse momenti, vel Aristoteles ipse in Ethicis magnopere comprobatur. Cum verò in quieta sit puerorum natura, oblectamentorumque per omnia cupida, & idcirco seueram non suscipiat disciplinam, merito sub honesta musica & illius communissime voluptate virtutis vestigia praeserente, iubet pueros educari: imò verò & seniores interdum, quibus ad laboriosam vitam solamen oblectamenta quaedam honesta sunt adhibenda. Hanc utique ob causam inquit deos laboriosam vitam hominum miseratos, haud ab re in laborum remissionem solennis illis sacra festaque instituisse. Musas quinetiam, & Apollinem, & Bacchum ad haec concelebranda duces adhibuisse, qui morum lasciuiam emendarent, & naturam auidam motionis per musicam motionum rationem moderarentur, honesteque deleclarent. Haec autem verba non solum musicae usum laudant diuinitus commendatum atque concessum, verum etiam allegoricè docent hominem multis de causis brutis fore miserio rem, nisi diuina prouidentia atque cognatione diuinum cultum religionemque susceperit. In qua quidem Muse diuinam significant veritatis inuentionem religiosam a Deo concessam: Apollo autem inuentionis eius gratiam expressionem atque vaticinium. Bacchus denique, tum mentis abstractionem, tum opera religiosorum hominum admiranda. Animaduerte harmonicam rationem nobis praecipue à diuina prouidentia esse tributam, per quam oēs inquietae naturae motus qui suapte naturae inconcinni forent, concinnaremus. Sed à Musis quidem habemus motionis animi consonantiam, ab Apolline praeterea concentum in sermonis cantibusque motu, à Baccho denique festiuam in motu membrorum concinnitatem. Dum uerò de has per musicam

disciplina, & ad pueros omnino, & ad seniores etiam pertinente, diligentissime disputat, eadem quae & in Reipublica posuit, repetit instaurata, per quae poetas, musicos, pictoribus, nunquam licentia concedatur quodcumque voluerint imitandi, sed honesta duntaxat et gratia pro salute spectantium & audientium imitetur. Imitationis autem iudices esse vult peritos homines, atque grauissimos, inbetque ut per honestam imitationem quotidie frequentatam adolescentes assuescant in ludis omnibus pariter atque studijs semper rebus eisdem, quibus et leges senioresque gaudere atque dolere. Quam quidem assuesfactionem totum virtutis fundamentum iudicat continere. Inter haec nonnulla memoriæ commendato ad praecipua morum plurimum conducentia. Inustus etiam si cuncta quae inter homines habentur bona, possideat, est infelix: & quando ita viuunt, praestare ei dicendum est mori quam viuere. Item quicumque honestum, vile, incundum, inuicem loquendo discreuerit, non est audiendus. Et quamuis honesta, iustaque vita possit interdum videri laboriosa, nunquam tamen id pueris est dicendum, imò verò iustissimam vitam fore omnium iucundissimam. Quod tandem fore necessarium Plato asserit, quamuis fortè is quibuscumque disputat, aliter videatur. Idque tacere iubet. Veritas tamen pulchrum quiddam est, & stabile. Descendit post haec ad vini usum, quem vult à iuuenibus ante annum aetatis decimum & octauum penitus ignorari. Alioquin ignem inquit, ad ignem tam in animam, quam in corpore infundit. Post hanc aetatem vinum moderate bibi permittit. Post quadragesimum verò annum in conuiujs inter deorum hymnos concedit unum liberius bibere, quasi remedium aduersus duritiam senectutis, per quod reiuuescere videamur, et mestitia nos obliuio capiat, ipsaque affectio animi, sicuti ferrum in igne, ex duritia in molliorē ducta flexibilior fiat. Quo effici vult, ut seniores qui alioquin cantare nollent, facti hilariores in conuiujs ad iuniorum aures cantare velint, utque vna eorum animis, ut ita dixerim, incantare. Quae quidem incantatione per melodiam grauitur concinentem iuniorum animi temperentur. In his legendis, notabis gratiam ipsam, in rebus quidem pulchritudinem, in cognitione verò voluptatem cognominari. Notabis nullum animal praeter hominem rhythmi & harmoniae sensum habere. Atque rhythmus esse ordinem in tempore atque motu: Harmoniam verò esse ordinem in ipsa vocum per acutum & graue temperantia. Quod sepe harmoniam dicimus concentum Latine proprie dicimus. Quod autem rhythmum, comode numerum dicere possumus, modo intelligas numerum in tempore atque motu. Notabis quae in re vini consistat utilitas, & qua cautione sit bibendum, praesentibus videlicet conuiuio conditori bus legum siue custodibus, sobrijs quidem & mores bibentium obseruantibus corrigentibusque, & tunc opportune quando per vinum molliores facti fuerint, reformantibus. Concludit denique, si eiusmodi cautionibus ciues in conuiujs utantur mero, tanquam ad ea quae dicta sunt vile concedendum: usum verò eius ad suam cuiusque libidinem ciuibus suis procul arcendum. Quippe cum sacra Palladis arces, quae ante omnia colenda sunt, impudentissime pulset.



PRINCEPS autem de his considerandum est, virum id solum bonum habere, ut perspicimus quo natura habeamus, an magna etiam utilitas multè studio digna in vini potatione, si recte fiat, insit. Quid igitur dicimus? Inest utique, ut ratio haec insinuare videtur. Vbi autem, & quo, attente obsecro audiamus, ne ex ea re praepediamur. CL. Dic igitur. ATH. Repetere itaque memoria cupio quid rectam esse disciplinam dicamus. Huiusmodi. Ut in praesentia conuicio, est in hoc officio quando rectè institutum est salus. CL. Magnum dicit. ATH. Primum profecto puerorum sensum esse dico voluptatis atque doloris: atque haec duo esse in quibus primum virtus & vitium animo innascuntur. Si cui autem prudentia, & vera opinio ac stabilis vel in se neclute affuerint, felix est. perfectus porro vir est, qui haec & quae in his sunt omnia possidet bona. Disciplinam appello virtutem quae primo pueris aduenit. Si voluptas, & amor dolorque & odium rectè in animos influant antequam ratione moueantur, & ratione deinde praesente, rationi consentiant propter superiorem bonorum mo-

Primum sensus puerorum est voluptas & dolor.

rum morum consuetudinem, hac ipsa consensio vniuersa quidem virtus est. Ipsam verò decentem circa voluptates & dolores assuetudinem, per quam ab initio vsq; ad extremum vita homines oderint quæ odisse oportet, & ament quæ amanda sunt, si per seipsam seorsum ratione considerantem disciplinam vocaueris, recte, vt ego arbitror, appellabis. C. L. Et enim quæ antea hospes, & quæ nunc de disciplina differuisti, probè dicta videtur. ATH. Benè igitur est. Huiusmodi verò voluptatum atq; dolorum rectam institutionem, quæ disciplina dicitur, transgrediuntur homines in vita, ac sæpe peruertunt. Dij autem genus hominum laboribus natura pressum miserari, remissiones laborum ipsis statuerunt, solennia videlicet festa vicissim in ipsorum deorum honorem instituta præbentes. Musas quinetiam & Apollinem Musarum ducem & Bacchum concelebratores, deorumq; consilio emendatores morum inter solennia adhibere. Considerandum igitur vtrum hic sermo secundum naturam nobis ac verus est, qui dicit: tenerioris ætatis omnes, vt vno verbo complectar, non posse nec corpore, nec voce quiescere, sed moueri semper, & loqui velle, alios exultantes ac gestientes, & veluti cum voluptate saltantes ludentesq; alios varijs vocibus conclamantes. Ac cetera quidem animalia ordinem ordini sue defectum, qui sanè ordo in motibus inspicitur, & rhythmus harmoniaq; vocatur, nequaquam aduertere. Nobis autem ab ijs dijs quos cõcelebratores datos esse nobis diximus, rhythmi, & harmonia participem sensum esse tributum, eosq; mouere nos cum voluptate, chororumq; nobis ducere cantibus & saltationibus nos inuicem copulantes: quem quidem chorũ & τὸ τῆς χορῆς. i. letitia nominauerint, primo uerò considerandum, nũ cõcedamus, disciplinam primã per Musas & Apollinem esse. An quomodo? C. L. Ita prorsus. ATH. Disciplina igitur expers dicendus est, qui nunquam chorea vsus est. Disciplina verò compos contrã, qui satis id fecit. C. L. Sic ponimus. ATH. Choreã verò omnis tripudium simul est, et concentus. C. L. Necessè est. ATH. Quisquis ergò benè disciplina instructus est, & saltare, & cantare benè potest. C. L. Videtur. ATH. Sed videamus quid est quod modò diximus. C. L. Quid istud? ATH. Cum benè cãtare, & benè saltare quempiam dicimus, vtrum etiam bona cantare, & bona saltare, addendum sit, an non? C. L. Addendum. ATH. Quid porrò? Siquis honesta, vt sunt, ita honesta esse arbitrat, & turpia similiter turpia, atque ita his vititur, melius choream musicamq; tenebit quàm ille qui corpore atque voce quod honestum putat, sufficienter exequi passim valet, nec honestis tamen gaudet, nec odit turpia? an ille qui quamuis voce corporeq; non potest, vt decet, assequi, voluptatei tamen & dolore assequitur, vt bonis quidem gaudeat, praua aut oderit? C. L. Magnum verò disciplina discrimen, ò hospes, narra. ATH. Si ergò cãtus tripudijq; bonũ nos tres non ignoramus, cognoscimus utique & qui disciplina rectè potitus est, & qui contrã. Sin autem hoc ignoramus, neque si qua disciplina conseruatio sit, & vbi sit, scire vnquam poterimus. Nonne ita? C. L. Ita prorsus. ATH. Deinceps igitur sicuti canes per vestigia decentem figuram, melodiam, cantum, & saltationem inuestigemus. Nam si ista nos fugiant, frustra de recta disciplina siue Græca, siue barbarã disputabimus.

Ois teneræ
ætatis non
posse quies
scere.

Qui rhyth
mus & har
monia.

Quæ cho
rea.

CLIN. Sic arbitror. ATH. Quam igitur figuram, & melodiam bonam vocare decet? Num fortis animi, & timidi similes figuræ vocesq; in eisdem aquisq; laboribus sunt? CLIN. Quo similes, quando neque coleres? ATH. Scite, ò amice. sed in musica, & figuræ sunt, & concentus, quum circa rhythmum & harmoniam versetur. Quare boni rhythmi harmoniaq; figuram & cantum licet dicere: boni autem coloris non possumus rectè dicere, perinde imaginantes, vt magistri choreæ solent. Ignari autem & fortis viri figura quædam est & cantus: atque hac rectè in viris fortibus honesta, in ignarijs turpia nominantur. Sed ne in his longior sim, oes simpliciter virtuti animi, vel corporis, aut virtutis imagini adherentes figuræ atque concentus, honesti: contrarij verò, turpes. CLIN. Rectè tu quidem, atq; ista sic se habere in præsentia iudicamus. ATH. Præterea & hoc cogitandum, vtrum omnes omnibus choræ similitur delectemur, an multum inter sit. CLIN. Multum omnino. ATH. Quid igitur esse dicemus, quod in errorem nos impulit? vtrum non eadem sunt honesta bonaq; nobis omnibus? An ipsa quidem eadem sunt, non tamen eadem esse videntur? Neq; verò dicere quisquam audebit, vitiosam choream virtutis particeps meliorem esse. Neque fatēbitur vnquam aliquis se quidem figuris prauis latari, alios autem contraria quadam musica. Quamquam plerique prædicant rectam musicam rationem in vi quadam consistere, quæ voluptatem animis afferat. Quod neque ferendum est, neque dicendum omnino, nefas enim. Hac autem potius erroris causa est. CLIN. Quænam? ATH. Quoniam in chorea variorum morũ, variarumq; rerum varijs in fortunis moribusq; gestarum imitationes fiunt, quibus illa quæ dicuntur, aut declarantur, aut sub specie saltationis exprimentur, vel natura, vel consuetudine, vel vtrisque probantur, atque animo eorum conueniunt, quos gaudere illis, laudareq; et honesta nũ cupare necesse est. Quibus autem præter naturam vel morem vel consuetudinem aliquam accidunt, hi neque gaudere ipsis possunt, neq; ea laudare, imò turpia appellare necesse. At verò quibus hac natura rectè cõtingit, consuetudine aut contrã vel consuetudine quidem rectè, contrã verò natura, isti laudes voluptatibus contrarias proferunt. Singula enim horum incunda afferunt esse: sed & praua esse concedunt. Atq; idcirco coram alijs, quos mentis compotes putent, verentur corpus eo pacto mouere: verentur quoq; ea cantare, honestaq; & studio digna asserere. Ipsi verò secum ijs omnibus delectantur. CLIN. Verissima loqueris. At nunquid damnum aliquod infertur illi, qui prauis figuris aut cantibus delectatur: vel utilitas eis, qui voluptates in contrarijs capiunt? CLIN. Verisimile id quid. ATH. Vtrum verisimile tantum, an etiam necessarium sit ita id se habere? sicuti cũ quispiam cum hominibus improbis conflatur, neq; mores eorum odit, sed delectatur his potius et indulget: & tamen ioci loco vituperat, quasi per somnum ipse in se eorum percipiens prauitatem, tunc quippe necesse est vt similis efficiatur illis, quibus gaudet, etiam si laudare vereatur. Quæ quidem re quidnam maius aut bonum, aut malum ex omni necessitate accedere nobis existimemus? CLIN. Nihil puto. ATH. Nunquid arbitramur vbi leges benè constituta sunt, aut &

in posterum ita erunt, in disciplinis iocisq; musarum eam poeticis fore licentiam, ut quicquid poetam delectet vel rhythmo, vel cantu, vel verbo poetico, idem & docere ei liceat? bene institutorum civium pueros adoleſcentesq; in choreis quacunq; contingit, vel ad virtutem, vel ad vitium flectere? CL. Prater rationem id est. MEG. Certe. ATHEN. At isthuc, ut breuiter dicam, vbiq; ferè praterquàm in Aegypto agere licet. CLIN. Quo aut pacto in Aegypto hanc legè sancitū esse dicis? ATHEN. Mirū hoc quidem auditu est. nā id olim, ut mihi videtur, illi cognouerunt, oportere quod nunc nos diximus, in ciuitate inuenies, bonis figuris & bonis cātibus assuescere. Quæ verò & qualia sint hmōi, in sacris ab eis est institutū, ac pter illa neq; pictoribus, neq; alyis figurarum, vel quo rucunq; artificiorum fabris noua vlla licebat inducere, neq; et excogitare alia prater patria, neq; hodie licet aut in his, aut in vniuersa musica. Itaq; si obserues, inuenies ibi quæ decem annorū milibus retrò depicta, formatæue quocunq; fuerunt, quasi non adeò vetusta sint, ut ita dicam, nec pulchriora, neq; turpiora his quæ hodie depinguntur, sed eadē arte confecta. CLIN. Mirabile auditu est, quod dicis. ATHEN. Imò ciuile nimium maximeq; legū positioni conueniens. Inuenies ibi alia qdam leuia: sed hoc circa musicam verū est, dignumq; ad aduersione: quod videlicet poterat de rebus hmōi certa stabilitq; lege caueri, & legūlatorem ausum fuisse cōcentus tales, qui natura rectitudinem exhiberent inducere. Quod quidem aut dei, aut diuini alicuius viri opus est. Quemadmodū & ibi ferunt antiquissimos illos apud eos cōcentus, Isidis esse poemata. Quamobrè, ut dicebā, si quis quoquo modo istorū possit rectitudinē intelligere, ei audendū est hæc ad ordinē legemq; reducere. Nā noua semper circa voluptatem & dolorem appetitus ipsius affectio, q̄ quidem noua semper musica uti studet, haud magnam fortasse vim habet, ut eas choreas vetustatis incusatione corrumpat, q̄ sunt sacris legibus constituta. Nempe Aegyptiorū choreas nequaquā tanto tempore corrūpere potuisse videtur, sed contrā oīno. CLIN. Ita se res habet, ut ex tuis verbis colligitur. ATHEN. Dicamus igitur confidenter, choream cū ludis & musica rectè coherere. Latamur quoties feliciter viuere nos opinamur: quotiesq; latemur rursus feliciter viuere ducimus. nōne ita? CLIN. Ita prorsus. ATHEN. Atq; dū latamur, quiescere non valemus. CL. Est ut dicis. ATHEN. Nōne igitur qui iuuenes inter nos sunt, ad saltandum apti sunt? Nos aut qui seniores sumus in his spectandis decenter versari putamus, dū illorum ludis & celebritate gaudemus, quādoquidē nos corporis leuitas destituit, cuius desiderio, certamina his ponimus, qui quāmaximè queant ætatem illam iuuenilē in memoriam nobis reuocare. CLIN. Vera narras. ATH. An igitur frustra oīno illud à multis de id genus hōibus sacros ludos peragentibus dictum esse putamus, eum sapientissimum & victoria cōpotem iudicandum esse maxime, qui nos latari atq; gaudere quāmaximè faciat? Nam postquā ludere in istis permittitur, conueniens esse videtur, ut eū qui quā plurimos, & quāmaximè ad gaudiū prouocet, p̄cipuè honoremus, & ut modò dicebā vīclorē esse dicamus. Rectène id ita dicitur? recteq; fieret, si ita fieret? CL. Fortè. ATH. Sed, o beate, ne tā precipitanter sn̄ am feramus, sed hoc ipsum in partes distinguen-

tes hoc modò consideremus. Siquis certamen aliquando qualecunq; proponat, sed nec gymnicum, nec musicū, nec equestre adiciat, sed oībus ciuibus congregatis, voluptatis gratia, certamen dūtaxat instituat, pramiq; ei proponat, qui spectatores maxime delectet, optimeq; oīum id fecisse iudicetur, cum nullus delectandi modus expressus sit, quidnam ex p̄conio euenturū putamus? CLIN. Quæ de re dicis? ATHEN. Par est ut alius sicut Homerus Rhapsodiam ostendat, alius Citharā, Tragediā alius, alius. Verò Comediā. Neg; deerit qui miraculo ostendendo vīcloriam se optinetur consecuturum. Quū tales & alij generis eiusdē certatores multi confluerint, possumusne dicere, quis ritè victor sit abiturus? CLIN. Absurdū quid rogas. Quis. n. scite id respondere poterit, prius quam ipse istic prasens singulos certatores audierit? ATHEN. Vultisne igitur ut ipse ad absurdum istud respondeam? CLIN. Quidam? ATHEN. Si pueri admodū parui sn̄ am dicant, p̄stigiatores vicisse ceteros iudicabunt. An non? CLIN. Quid obstat? ATH. Pueri verò masculi comædum ceteris anteponent. Sed mulieres erudite atque adolescentuli, & ferme multitudo tota, Tragediā fortasse laudabunt. CLIN. Fortassis ita continget. ATH. Seniores aut nos incundissimè Rhapsodum forsitan audiemus, qui Homericum aliquid, Iliada, vel Odiseā, aut aliquid Hesiodū bene cecinerit, victoremq; oīum p̄dicabimus. Quis ergo iure victor sit, nōne declarandū restat? CLIN. Sanè. ATH. Perspicuū quid est, ut & mihi videtur, & vos necessario conceditis, eum reuera esse victorem, qui vicisse à nostris equalibus indicabitur. Vtus. n. rerum quem ab ætate habemus, omnium quidē ciuiliū magnum quiddam vique est & optimū. CL. Proculdubio. ATHEN. Concedo igitur ipse hoc multis, voluptate Musicam iudicandam, non tamen quorumuis hōrum voluptate, sed illam ferme Musam esse dico pulcherrimam, quæ optimos satisq; eruditos delectet, p̄cipuè verò, quæ virum virtute & disciplina p̄stantem. Quapropter virtute egere harum rerum iudices affirmamus. Nam & prudentia eos & fortitudinis oportet esse participes. Prudentia quidem, quia non debet verus iudex qua determinanda iudicio sunt, ab alio discere, & quasi stupefactus tam clamore multorum, quā ignorantia sua ita ferre sententiam. Fortitudinis autē, quia nec etiam si per seipsum intelligit, debet propter ignauitā & formidinem ex eodem ore, quo iudicaturus deos inuocauit, ignauiter iniquum iudicium promulgare. Non enim ut discipulus, sed ut magister spectatorum, sicut par est, iudex sedet pro tribunali, ineptis spectantium voluptatibus aduersaturus. Licebat prisca Græcāq; lege, quemadmodum nunc Sicula & Italica: quæ multitudini spectatorum rem permittens, & manibus sublatis victorem declarans, deprauauit quidem poetas ipsos, qui ad iudicium vulgariū prauam voluptatem componunt omnia, ita ut ipsi spectatores poetas, & seipos erudiant. Corrupti & ipsius spectaculi voluptates. Nā cum eos oporteat qui intersunt, meliora semper moribus suis audire, atq; ita meliorem consequi voluptatem, nunc eis ex theatro contrarium accidit. Quid igitur hæc ita dicta sibi volunt? Animaduertite num hoc sit quod volunt. CLIN. Quidnam? ATHEN. Ter iam aut quater ad idem reuoluta oratio mihi videtur, disciplinam

plinam educationem esse puerorum, qua ad eam viuendi rationem perducit, quam lex recta esse dicitur, & Viri aequitate praestantes senioresq; usu rerum sicuti rectam de re comprobant. Ut igitur puerorum animus legem ita sequatur, ut non contrariis, sed iisdem quibus lex & senior, doleat gaudeatq; prorsus legum conditor suadebit. Et si opus fuerit, coget poeticum hominem honestis verbis temperatorum, & fortium, & omnino bonorum hominum gesta describere, tam figuris eorum rhythmis quam accenti harmoniis ut decet effingentem per eos cantus quas Odas vocamus, quae reuera in caedon. i. incantationes circa aios sunt, de industria ad id compositae ut hominum animi dolendo gaudentesq; legibus obsequantur. Quia vero teneriores animi seria studia non suscipiunt, ioci & cantus ista dicantur & fiant: idemq; in his efficitur, quod agere solent qui homines corpore aegrotantes curant. hi namq; alimenta conuenientia quidem iucundis condimentis illiunt, noxia vero amaris inficiunt: ut asciscere altera, altera rejicere consuecant. CLIN. An igitur in alijs ciuitatibus nunc hospes seruari haec censet? Nam quantum ego scio, quae tu praecipis, nusquam nisi apud nos & Lacedaemonios fiunt. Noua. n. semper & in saltationibus, & in alia musica excogitantur, non a legibus mutata, sed a voluptatibus quibusdam vagis, quae nullo pacto aut eadem sunt, aut eodem modo permanent: sed varia semper fiunt contra mores illos Aegyptiorum, quos narraui. ATHEN. Probe, o Clinia. Si autem visus sum tibi quomodo dicis, quasi vbiq; nunc fiant, supra dixisse, non mirarer si minus clare qua sentio, exposuerim. Dixi equidem quod in musica fieri vellem, & ea tibi quasi fiat dicere visus sum. Vituperare. n. rem insanabilem, & errore longe prouectam, nullo modo iucundam, interdum vero necessarium est. Verum postquam in his consentimus, nonne quaso apud vos & apud istos haec magis quam apud alios Graecos fieri asseris? CLIN. Cur non asseramus? ATHEN. Si & apud ceteros similiter fierent, nonne melius quam nunc agerentur? CLIN. Multo certe praestantius, si ita disposita essent, quemadmodum apud istos & apud nos, & ut paulo ante tu praecipisti. ATHEN. Age videamus nunquid haec sint quae apud vos in omni disciplina & musica praedicantur. Poetas carminibus dicere cogitis, bonum virum quia temperatus iustusq; sit, felicem esse atq; beatum, siue magnus atq; robustus, siue parvus ac debilis, siue pauper sit, siue diues. Iniustum autem hominem etiam si ditior sit, quam Cinyras aut Midas, miserum esse, & in merore vitam ducere. Itaq; poeta nobis si recte loquatur, inquiet, Nunquam ego de illo mentionem faciam, neq; virum appellabo, qui non omnia quae bona dicuntur, cum iustitia possideat atq; disponat. Is igitur iustitia exornatus, comminus pugnare cum hostibus delectetur. Iniustus autem sanguinolentam caede vivere non audeat, neq; currendo Thracium queat Boream superare, nec ei quicquam eorum quae bona dicuntur, unquam affuerit. Quae. n. vulgo appellantur bona, non recte bona dicuntur. Aiunt nempe optimum esse sanitatem, ei proximum bonum formam, vires tertium, quartum vero diuitias. Innumerabilia ferme cetera huiusmodi bona narrantur. Nam & acute cernere atq; audire, alijsq; sensibus integre viui, bona videntur, & ad haec omnia posse tyrannica licentia facere quicquid cupias. Summamq; totius beatitudinis esse ferunt, si cum istorum omnium possessione immortalis statim

Quae debent cantare poetae.

enadas. Ego autem ac vos vna conuenimus iustus sanctusq; viris optimam esse iustorum omnium possessionem, iniustus autem omnium pessimam, a sanitate initio sumpto. Sanum namq; esse, & videre atq; audire, ac omnia facile sentire, & omnino viuere vel immortalem, pessimum est, si cum horum omnium possessione semper vixeris expers iustitiae ceterarumq; virtutum. Minus autem malum, si quam breuissimo tempore sic affectus vitae finieris. Haec vtiq; & ipsi vestros hortabimini, & cogitis poetas dicere, per quos his consentaneos numeros & concentus adolescentiam erudire. Num ipsi hoc animaduertitis? Ego. n. assero quae vulgo mala dicuntur, iniustus bona esse, iustus autem mala: quae vero dicuntur bona, bonis quidem vere bona, malis autem mala. Conuenimusne igitur adhuc, an non? CL. Partim quidem consentire videmur, partim minime. ATHEN. Forte vobis non persuado non esse beatum illum, sed miserum qui iniustus & contumeliosus est, et si sanitatem habeat, & diuitias perpetuamq; tyrannidem, iniustitias praeterea corporis vires, & aeternitatem, immortalitatemq; possideat, nihilq; ex his perpetuetur quae vulgo mala dicuntur. CLIN. Vera loqueris. ATH. Esto, sed quid deinde dicendum? Et si viribus pollet, formosusq; est & diues, cunctaq; per omnem vitam facit quae concupiscit, nonne vobis videtur si iniustus contumeliosusq; sit, ex hoc dumtaxat necessario turpiter viuere? An turpiter quidem conceditis? CLIN. Prorsus. ATH. Quid autem? nonne & male? CLIN. Haud similiter istud. ATH. Inuicem vero atq; incommodum non conceditis ei? CL. Quo pacto haec concedemus? ATH. Quo? Si deus quisquam, o amici, consensum nobis (ut videtur) animi tribuat: ut nunc quidem, inter nos dissentimus. Mihi. n. ista magis necessaria videntur esse, o amice Clinia, quam Creta esse insulam; ac si Cretensis ipse leges conderet, tam poetas quam ceteros omnes ciues sic loqui compelleret, ac poenam penes omnium maximam intentaret, si quis ea in regione assereret esse alios quosdam homines prauos qui iucunde viuunt, vel alia esse vitia & conducibilia, alia iustiora. Multaq; equidem contra ea quae nunc a Cretensis & Lacedaemonijs dici videntur, imo vero a ceteris quoq; hominibus, dicere ciuibus meis persuaderet. Agite igitur per Iouem atq; Apollinem optimi viri, si hos ipsos deos qui leges nobis dederunt, interrogemus: si tunc iucundissima vita iustissima: an duae quaedam vitae sint, altera iucundissima, iustissima altera: nobisq; ita quarentibus ipsi duas esse respondeant: ab eis forsitan iterum percontabimur, si recte sciscitari uoluerimus, utros beatiore oporteat dicere, iustissimam, an iucundissimam viuentem: ac si iucundissimam viuentem responderint, turpis erit responsio. Vellem autem de patribus legumq; latoribus viris potius quam de dijs tale aliquid esse dictum. Quare qua petij, a patre legisq; latore me petijisse existimatis, respondensq; mihi esse, beatissimum esse illum, qui iucundissimam viuat. Ego autem ita deinde opponam, o pater nonne quam beatissimam volebas me viuere? Certe. At nunquam cessabas iubere ut quam iustissimam viuere. Quisquis autem haec vna concedit sine legum lator sine patre, & absurde loquitur, & sibi ipsi non constat. Quod si iustissimam vitam, beatissimam esse respondeat, quare, ut arbitror, quicumq; id audiet, quidnam ea in vita bonum & pulchrum, tanquam voluptate melius, lex ipsa laudat? Quid. n. a voluptate superat iusto

In iusto n. si cetera omnia consentit bona uocatur, infelix, vel idcirco fit, quia iniustus.

iusto boni adesse potest? Dic obsecro an laus & gloria tã
 apud homines quã apud deos bonum quidem est atq; ho-
 nestum, iniucundum autem? Infamia uerò contrã? Mi-
 nimè dicemus, ò legislator. Sed iniuriam neq; inferre,
 neq; pati num incundum quidem sit, bonum uerò atq; ho-
 nestum: cetera autem incunda quidem, turpia uerò &
 mala. Quo pacto id? Ratio igitur, qua neq; incundum
 à iusto, neq; bonũ separat ab honesto, probabilis est: &
 si nõ ad aliud, attamen ad hoc, ut sanctè ac iustè quis ui-
 uere uelit, multũ conducit. Quocirca legislatori turpis-
 sima, & admodũ contraria oratio est, si hac ita habere se
 neget. Nemo.n. sponte id ager, cui non plus lætitiæ quã
 doloris inest. Quod uerò procul aspicitur, omnibus, ut
 ita dicam, uel ipsis pueris caliginosam affert vertiginẽ.
 Quare vertigine tenebrisq; ablatis in contrarium legisla-
 tor opiniones ciuũ ducet, et tũ laudibus, tũ consuetudine,
 tum rationibus quodammodo ipsis persuadent, tam iusta
 quã iniusta esse obũbrata, atq; iniusta quidem contrã
 apparere quã iusta. Nempe iniusto ac prauo incunda ui-
 deri, cui iusta uidentur iniucundissima. Iusto aut uera
 que contrã omnino uideri. C. L. Sic apparet. A. T. H. Reue-
 ra aut ueram sententiam potiore existimabimus? me-
 liorisne an deterius animi? C. L. Melioris necessario.
 A. T. H. Necessè est igitur iniustam uitam non turpiorem
 solum ac peiorem iusta sanctaq; uita esse, uerum etiam
 iniucundiorẽ. C. L. Ita certè ex hac ratione, ò amicè ui-
 detur. A. T. H. Legis itaq; lator ex quo exigua sit prouen-
 tura uilitas, etiam si non ita id se haberet ut modo di-
 ximus, non alienum tamen sua grauitate putaret ad in-
 uenturis uilitatem falsò aliquid, si modo quid unquam
 aliud falsò dicendum sit, dicere maxime cum nullum mē-
 dacium hac falsitate uilius excogitare possit, quod ui-
 delicet ita trahere audientes ualeat, ut non ui, sed spon-
 te iustitiã uelint suscipere. C. L. Pulchrũ certè, ò hospes, et
 stabile quiddam est ueritas. Videtur aut plerũq; non fa-
 cile persuadere. A. T. H. Esto. At. n. Sidonij fabula illa,
 & si nihil uerisimilitudinis habuit, facile nihilominus
 persuasit, aliãq; permulta similiter. C. L. Quã nã? A. T. H.
 Quod à dētib; quondam satis armati milites nati sint.
 Magnum. n. id legis latori exemplum est, posse animis
 iuuenum quocunq; uelit persuadere. Quapropter nihil
 aliud scrutari debet, quã quibus rebus persuasionẽ acce-
 ptis maximum bonũ conferat ciuitati: ad idq; omni
 incumbere studio, ut ciuitas uniuersa de his rebus unum
 atq; idem quã maxime ac semper in cantibus, fabulis,
 & omni sermone decantent. Equidem ita sentio. Si uerò
 uos aliter, nulla inuidia sit contradicere. C. L. Neuter
 nostrum posse unquam de his dubitare uidetur. A. T. H. Pro-
 sequar igitur, asserens choros omnes qui tres sunt, teneris
 adhuc & mollibus puerorum animis, & alia bona quã
 diximus, & quacunq; narrare possimus, quasi incantio-
 ne quadã insinuare oportere. Caput aut illud sit, quod ui-
 tã candè optimam et incundissimã iudicari à dijs asserui-
 mus, et uera loquemur, et magis illis quibus opus est, per-
 suadebimus, quã si aliter diceremus. C. L. Concedenda
 sunt qua dicis. A. T. H. Primus itaq; puerilis musarũ cho-
 rus hac studiosè toti ciuitate decãtaturus ingrediatur. Se-
 cundus illorũ chorus qui ad triginta usq; annos prouecti
 sunt. Pœana testè ueritatis dictorũ inuocet, et iunioribus
 propitiũ suppliciter esse proceretur. Tertius eorũ sit chorus

qui triginta annos inter & sexaginta atate agunt. His
 aut seniores, quia non amplius de eisdem moribus fabu-
 las poterunt decantare, dimittendos diuino oraculo cense-
 mus. C. L. Quosnam hospes tertios hos choros dicis? non
 enim clare quid de his dicere uelis cõprehendimus. A. T. H.
 Hi profecto sunt, quorum gratia pleraq; superius sunt,
 inducta. C. L. Nondum intelligimus. Quamobrem aper-
 tius dicito. A. T. H. Dictum est disputationis principio, si
 recordamur, ita ardentem iuuenum omnium naturam ef-
 se, ut neq; corpore neq; uoce quiescere possit, sed sine ordi-
 ne semper clamet & saltet: atq; ordinis uirorũq; istorũ
 nullum aliud animal præter solam hominis naturam sen-
 sum habere. Ordinis aut qui in motu conspicitur, nomen
 Rhythmus. i. numerus esse potest: sed eius qui in uoce, acu-
 to & graui simul contemperato, Harmonia. i. concentus.
 Utrũq; uerò simul, Chorea nominabatur. Deos quoq; di-
 ximus nostri misertos chorea concelebratores ac duces de-
 disse nobis Apollinem & Musas. Tertiumq; si recorda-
 mur Dionysium numerauimus. C. L. Cur non recordari de
 beamus? A. T. H. Atqui Apollinis & Musarum chori
 dicti iam sunt. Tertius aut qui reliquus est Dionysio ne-
 cessario tribuetur. C. L. I. N. Quo pacto? latius expone.
 Nam primo auditu ualde absurdus Dionysiacus seniorũ
 chorus esse uidetur, si uerã trigessimũ annum, & ad
 quinquagesimũ iam prouecti, & usq; ad sexagesimũ
 eo uerantur. A. T. H. Vera loqueris. Sed ratione ad hæc
 opus eẽ arbitror, ut appareat quo pacto opportune id fieri
 possit. C. L. I. N. Quid ni? A. T. H. Nunquid superiora il-
 la inter nos constant? C. L. I. N. Quã nam? A. T. H. Quod
 oporteat uiros omnes & pueros, liberos & seruos, ma-
 res & fœminas, & uniuersam ciuitatem toti ciuitati
 quotidie qua diximus varijs modis & carminibus decã-
 tare, ut ex innumerabili hymnorum uarietate, inexplẽbi-
 li quodammodo voluptates continententes afficiantur. C. L.
 Nihil obstat quo minus cõcedatur ita fieri oportere. A. T. H.
 Sed quo optima hæc ciuitatis pars, cui propter atate atq;
 prudentiam summa inest ad persuadendum auctoritas, o-
 ptima canendo maximorum honorum causa erit? An
 id stultè omittemus, in quo optimorum & utilissimorum
 cantuum uis inest præcipua? C. L. I. N. Haud omitte-
 re licet, ut modo apparet. A. T. H. Quomodo igitur decen-
 ter id fiet? Videte quæso an ita. C. L. I. N. Quo pacto. A. T. H.
 Unusquisq; senior circa cantus iam satietate affectus, his
 minime delectatur: & cum res postulat canere, quanto
 senior atq; modestior est, tãto magis canere ueretur. An
 non ita? C. L. Ita profus. A. T. H. Sed multo eẽ magis in
 theatro coram multitudine rectus cantare præ pudore nõ
 tolerabit. Præsertim si seniorum chori, quemadmodum
 qui de uictoria contendunt, & ijs quidẽ quo clarior uox
 sit, tenues atq; ieiuni cantare cogantur. Sic. n. non sine
 molestia et pudore cantabunt, et ad ista tardiores acce-
 dent. C. L. Necessaria narras. A. T. H. Quo igitur pacto para-
 tos eos ad cantũ reddemus? Principio lege sanciemus, ut
 pueri usq; ad duodeuigesimũ annũ uini usum prorsus igno-
 rent. Nepe eos monebimus nõ oportere ignẽ igni in corpus
 atq; animã suggerere, antequã uiri effecti subire labores
 incipiãt. Furiosum nãq; habitũ iuuentutis canere oportet.
 Deinde uino moderatur usq; ad annũ etatis trigessimũ.
 Ab ebrietate uerò & uini repletionẽ iuuenes omnino
 abstineant. Sed cum ad quadragesimũ peruenerint,

Pueris intor-
 dicitur uin-
 num.

Vinũ reme-
 diũ aduer-
 sus senectus
 duritiã.

tunc in conuiujs liberius discumbentes, cum alios deos, tū Dionysium ad sacra senum & ludos inuocent, qui hominibus unum quasi remedium aduersus senectutis duritiā est largitus, ut reuiuenscere Videamur, et mœstitia nos obliuio capiat, ipsaq; affectio animi sicuti ferrum in igne ex duritie in molliem deducta flexibilior fiat. Primum quidem sic affectus quisq; sumpta fiducia minus Verebitur inter aliquos ac suos, nō tamen multos et alienos canere, et unā quod iam sepius repetiuimus, incantare. C. L. Et maxime quidem. A. T. H. Ad eos igitur inducendos ut cantibus inter esse velint, modus hic haud indecens erit. C. L. Non certē. A. T. H. Quā autem voce & quā musa hi Viri cantabunt? An ea videlicet quā ipsis conueniat? C. L. Ea duntaxat. A. T. H. Quā nam igitur diuinis Viris conueniens erit. Nōne ea quā chori decantant? C. L. Nos quidem hospes et ij non possumus aliud canere quā quod in choro didicimus. In hoc. n. cantu assueti sumus. A. T. H. Par est. Optimum. n. cantum non didicisti. quasi enim castrensium Remp. habetis potius quā urbana. propterea iuuenes profecto tanquam pullos gregatim pascentes habetis. Vnde nemo Vestrum arripit suum, & ad cohibendam eius ferocitatem, cuiusdam quasi equorum magistro cōmittit, qui erudiat ipsum leniter tractans & mā suefaciens, et cetera quā educationi conueniunt perages, ex quo non modo probus miles efficiatur, sed ciuitatū quoque & urbium idoneus gubernator: quem quidem principio diximus Tyrtaei militibus fore bellicosorem, quarto Virtutis loco non primo semper & vbiq; priuatim & publice fortitudinis munere colentem. C. L. Nescio quo modo rursus, hospes, legum latoribus nostris derogas. A. T. H. Non ex animo id facio, bonē Vir, si quidem facio. sed pergamus quō ratio ducit, si vultis. Nā si musam habemus chororū et theatri cōmuni musa praestantiorē, hāc illis exhibere conemur, quos diximus illam quidem Vereri, & aliam querere meliorem. C. L. Omnino. A. T. H. Omnibus igitur quaecunq; gratia quaedam sequitur, inesse id oportet, ut vel ea ipsa gratia sola in his alliciat sitq; praecipuum, vel rectitudo, vel utilitas. Exemplo quod dico, exponam. Cibus ac potus & alimentum omne gratiā habet, quā voluptatē dicimus? Rectitudinem Verō et utilitatē, si cōfert ad sanitatē. C. L. Prorsus. A. T. H. Sic et in discedo gratia inest, quā voluptas nominatur. Rectitudo ē atq; utilitas et bonus habitus atq; pulcher, quā ab ipsa Veritate efficiuntur. C. L. Ita est. A. T. H. Quid porrō in artibus, quibus similia efficiuntur, nōne id ipsum inspicimus? Voluptas profecto ex illis quādoq; provenit, quā par est gratiā nominare. C. L. In. Certē. A. T. H. Rectitudinem Verō taliū, ut in vniuersam dicam, aequalitas ipsa tanti talisq; efficit potius quā voluptas. C. L. Praclare. A. T. H. Voluptate igitur sola id merito iudicabitur, quod neq; utilitatem, neq; Veritatē, neq; similitudinem, neq; rursus damnum efficit, sed solum causa gratia illius sit quā concomitatur alia quā voluptatē recte possumus nominare, quādo videlicet nihil istorū ipsam sequitur. C. L. Voluptatem dicis solam, quā minimē noceat? A. T. H. N. Nempē. & iocum ac ludum rursus eam ipsam appello, quando nec nocumenti neq; utilitatis aliquid affert estimatione dignū. C. L. Vera loqueris. A. T. H. Sequitur ex his quā diximus, nullam imitationem voluptate & opinione non vera iudicandum esse. similiter etiam aqua-

litatem nullam. Non. n. quia huic Videatur, aut quoniā hic gaudeat, idcirco aequale, ipsum aequale est, aut comensurable ipm est cōmensurable, sed nullo alio quā Veritate sola. C. L. In. Sic est omnino. A. T. H. Atqui musicam omnem imitatricem, & similitum effectricem esse dicimus. C. L. Cui dubium? A. T. H. Cū ergo quis sola voluptate musicam asserit iudicari, minime audiendus est, minimeq; hōis musica, si alicubi colitur, querenda est, sed illa quā per imitationem boni similitudinem possidet. C. L. Vera haec sunt. A. T. H. Qui ergo cantus speciem & musam quarunt optimam, non eam quā iucunda, sed quā recta est, querere debent. Rectitudo. n. imitationis in hoc consistit, ut dicebamus, si tantū & tale fiat quod imitatione exprimitur, quantum & quale in seipso est. C. L. Cui dubium? A. T. H. Atqui illud de musica omnes concederent, omnia videlicet poemata eius imitationem esse atque assimilationem. Quod & poeta omnes, & auditores, histrionesq; concederent. C. L. Magnopere. A. T. H. Oportet igitur circa vnumquodq; poema & figmentum, ut videtur, quid sit quod effingitur cognoscere illum qui in ipso nō sit erraturus. Nam qui nec nouit quid essentia ipsius velit, nec cuius imago sit, nunquam rectitudinem eius & errorem intelliget. C. L. Nunquam certē. A. T. H. Qui autē rectitudinem operis non intelligit, num bene an male factū sit, cognoscat? Obscurius equidem loquor. Forte Verō planius ita mihi dicitur. C. L. Quo pacto? A. T. H. Multa ad aspectū pertinentes similitudines fiunt. C. L. Certē. A. T. H. Siquis corporis depicti modum non teneat, cognoscatne vquam vtrum recte sit pictum? Vtputa virum articulos corporis & singulas particulas habeat, & numerum, & qualitatem, et locationem singulorum prout decet ad singula, colores p̄terea atq; figuras: vel contra vtrum perturbate haec omnia picta sint? An censet haec aliquē cogniturum, qui animal quod pingitur minimē nouerit? C. L. Nullo modo. A. T. H. Sin autē cognoscat aliquis hōem esse id quod pictū, vel quoquo modo formatū est, suasq; partes oēs & figuras et colores ab arte accepisse, nū idem necessario sibi defectus aliquis pulchritudinis in eo sit, cōtinuō agnoscat? C. L. Oēs ferme hoc modo hospes quā in animalibus pulchre se habet, cognosceremus. A. T. H. Recte loqueris. Nōne igitur in imagine omni siue per picturam, siue per musicam, siue quomodocunq; aliter fiat, tria haec prudētē iudicem habere oportet? Primum ut cognoscat quid sit quod in imitationem cadit: secundū ut recte, tertium ut bene qualibet similitudo verbis, cōcentibus, numeris effecta sit, nouerit? C. L. Videtur. A. T. H. Ne pigeat igitur difficultatē quā in musica est, exponere. Porro quoniam magis haec, quā aliae similitudines, celebratur, maiore quā in ceteris opus est diligentia. Nam qui in hac aberrat, maxime laeditur, cū sub eius suauitate malos imbibat mores. Difficile autē id cognitu est, quoniam poeta non ita ut Musa artem poeticā tenent. Nunquam. n. illa tantum errare possent, ut in effingendis vrorū verbis, colorem mulierū concentusq; redderent, vel in concentibus figurisq; liberorū, seruorum & illiberalium numeros, vel in numeris figurisq; liberis, cōcentum vel sermonem numeris contrarium. Nunquam insuper feratū voces atq; hominum, pulsandorumq; instrumentorum, & strepitus omnes quasi vnum aliquid imitentur, in v-

Unum confunderent. Humani verò poëta huiusmodi multa perturbant et sine ratione commiscunt, risumq; hominibus commouent: quos Orpheus delectationis gratiã secutos ait, Omnia enim & confusa cernunt, & ipsi quoque distrahunt poëta, numerum quid atq; figuras à concentu seorsum, orationes nudas absque concentu metricè componentes, atque etiam concentus & numeros absque verbis, nuda citharæ pulsationi & tibiæ sono accomodantes. Qua in re difficilimum est cognoscere quid numerus & concentus qui sine verbis sit, sibi velit, et cui imitationi similis sit earum quæ ratione sunt digna. Putare autem oportet multa ruditate esse refertum id omne quodcumque siue velocitatē seu tarditatem, vocemq; ferarum proximè sequitur, ut aliter tibiæ, citharæq; utaris, quam ad tripudium opus sit atq; cantum. Nudo autem utroque uti, abusus est p̄stigiatrici ostentationi persimilis, & à Musis admodum alienus. Sed horum quidem hæc ratio est. Nos autem hæc non consideramus, quod triginta quinquagintaq; annos & ultra nati Musis nostris uti non debeant, sed uti quādo debeant videamus. Ex istis autem oratio hæc nobis id significare videtur, quod ad quinquagesimum annum prouectos quibuscumq; canere opus est, melius ceteris chori Musam tenere oporteat. Necessè namq; est, ut acutè concentus & numeros sentiant atq; cognoscant. Quò.n. aliter quippiam rectitudinem catus cognoscet, cui vel conueniat vel non conueniat Doricum, & numerus quem illi poeta adiunxit, utrum rectè iunxerit necne? C. L. Nullo certè pacto. A. T. H. Vulgus autem deridendum est, cum se putet quod boni concentus numeriq; cōpos est, & quod cōtrā, satis cognoscere. Hi in quā qui ad numeros accinere & saltare iam olim coacti sunt. quod verò singula istorum ignorent, non isthuc apud se ita reputant, quod quilibet cantus si oīa sibi conuenientia continet, rectè se habet: si non continet, contrā. C. L. Sic omnino necesse. A. T. H. Quid porrò? Siquis rationem eius quidue habeat non intelligit, nunquid quod diximus, quo pacto rectè se habeat in aliquo unquam cognoscet? C. L. N. Quo pacto id fieri possit. A. T. H. Hoc itaq; nunc in his inuenisse videmus, quod cantores eos seniores, quos prius quidem nolentes ita prouocamus, ut libèter quodammodo canant, vsq; adeo hæc didicisse necesse est, ut eorum quilibet tam numerorum progressus pondera, quam sonos fidium harmonicis consequatur: ut concentus & numeros intelligentes illos eligere possint, quos cantis ac talibus decantari oporteat, atq; ita canentes & ipsi voluptates innocuas confestim percipiant, & iuuenes ad probos mores de cantibus perducant, & oblectamentis. Eatenus autem docti, exquisitiore quam vulgus & poëta ibi disciplinam habebunt, tertium quidem illud siue bona, siue mala imitatio sit, non est necesse ut poëta cognoscat, concentum verò numerumq; necesse. Isti autem omnia tria cognoscere debent, ut optimum & secundum eligere queant. Aliter autem nunquam sufficienter veluti incantationibus quibusdam poterunt iuuenum animos ad virtutem allicere. Enimvero quod ab initio uoluimus, ut videlicet Dionysij choro rectam opem sermo noster afferret, pro viribus dictum est. Verum consideremus an hoc ita sit factum. Talis vsq; concentus hominum necessario compotatione progrediente turbulentiore redditur. Quod & à principio supposuimus, in his quæ sunt hodie, necessario fieri. C. L. N. Necesse. A. T. H. Vbi

certè vnusquisq; seipso leuior factus extollitur, & exultat, audaciq; repletur, nec audit proximum, sed tam sup̄sus quam caterorum omnium duces se sufficientem existimat. C. L. N. Absq; dubio. A. T. H. An non diximus, quoties ista sunt, bibentium animos, sicut in igne ferrum, ita vino feruentes molliores iunioresq; fieri, & idcirco facilius deduci, veluti quando iuuenes erant? si quis & possit & sciat erudire eos ac fingere. Fictorem verò eundem esse qui & tunc probus legislator dicebatur. Cuius in legibus compotationi modus est prescribendus, ut possint hæc leges confidentem illum audacemq; & impudentiorem quam deceat factum, qui ordinem vicissim silentio, sermone, compotatione, & musica seruare non vult, cohibere, atq; ita instruere, ut contrā in omnibus facere velit quam faciat, contrā insurgentem ac turpē confidentiam admouentes timorē optimum cum iustitia. quem quidem timorem diuinū, pudorem & verecundiā nominauimus. C. L. Est ut ais. A. T. H. Harum legum autores atq; custodes à perturbatione & ebrietate remotos esse oportet, vinolentorum duces. Sine quibus contra ebrietatem pugnare durius est, quam sine ducibus sobrijs cum hostibus dimicare. Siquis autem neq; obtemperare velit, his neq; ducibus Dionysij ultra annos sexaginta natis, æquale vel et maius dedecus ferat, quam qui ducibus Martis non pareat. C. L. Rectè. A. T. H. Nonne si talis ebrietas talisq; ludus adhiberetur, compotatores magnam inde utilitatem consecuti, & maiori quam prius inuicem beneuolentia iuncti, non autem sicuti nunc inimici discederent? cum legitime inuicem conuersati essent, & ducentibus sobrijs temulenti quoq; legibus obtemperassent. C. L. Sic certè, si talis esset ebrietas qualem modo narrabas. A. T. H. Ne igitur Liberi patris munus simpliciter ita vituperemus, quasi malum sit, neq; dignum ut in ciuitate recipiatur. Atqui plura etiam in hanc sententiā referri possent, quamuis maximum illud bonum quod largitur Dionysius, efferre in multos verear, quoniam homines cum audierint, non rectè accipiant, nec intelligant. C. L. Quid istud? A. T. H. Rumor quidam & fama defluxit ad nos, hunc deum à nouerca Iunone mente olim deturbatum fuisse: atque idcirco vlciscendi gratia bacchantum choream omnemq; insaniam induxisse, & vinum ad hoc ipsum tribuisse. Ego autem hæc illis permitto dicere, qui tuti talia de dijs dicere arbitrantur. Illud tamen scio, quod nullum animal tum tanta ac tali nascitur intelligentia, quanta, & qualis ei cum prouectum fuerit, conuenit. Hoc porrò in tempore, quo prudentiam suam nondum possidet, furit omne, & sine ordine clamat, & fastu elatum lasciuensq; salit. Recordemur autem quod musica & gymnastica hæc esse principia diximus. C. L. Recordamur. A. T. H. Nonne et quod numeri & concentus sensus nobis solis sit, ex hoc principio constare diximus? Apollinem verò & Musas & Dionysium duces ad hæc nobis esse tributos? C. L. Vtiq;. A. T. H. Vinum verò, ut ferunt multi, ad vlcionem hominibus datum est, ut insaniant. Ut autem sermo habet noster, remedium, & medicina in contrarium, ut animus quidem pudorem, corpus autem sanitatem et vires adipiscatur. C. L. N. Egregiè hospes superiorem orationem commemorasti. A. T. H. Sed iam media pars eorum quæ ad choream pertinent, dicta est. Reliqua verò, ut videtur,

Sicut igne ferrum, ita vino corpora senis molliori.

Cur vinum datum hominibus.

Tota chorea & chorea pars.

perficiemusne? an pratermittemus? CL. Quidnam dicis partes, & quo partiris utrasque? ATH. Tota quippe chorea vniuersa nobis dicta est disciplina, chorea vero pars vna in voce est per numeros & concentus. CL. Ita est. ATHEN. Altera in corporis motu per numerum atque figuram. Sed numerum quidem habet cum motu vocis communem, figuram vero propriam. In prima autem illa parte cantus ipso vocis est motus. CL. Vera narras. ATH. Sed vocis quidem habitum, qui ad disciplinam virtutis animi peruenit. nescio quo modo musicam nominauimus. CL. Recte admodum. ATH. Si autem corporis motus in ludo quem saltationem appellauimus, ad corporis usque virtutem attingit, artificiosam hanc ad id ipsius deductionem gymnasticam nominemus. CL. Rectissime. ATH. De musica quidem, quam mediam chorea partem diximus, satis actum putauimus, atque ita de ea sit dictum. Quare de reliqua iam dicamus, vel quid agendum? CL. O vir optime, qui cum Cretensibus & Lacedaemonijs differis, quando iam satis tractatum de musica est, sed de gymnastica haecenus minime, quidnam responsurum tibi ad interrogationem huiusmodi vtrius nostrum existimas. ATH. Affirmabo equidem te, cum haec interrogaueris, aperte iam respondiisse. Intellego. n. quod haec tua interrogatio responsio quadam est, ut dixi, ac iustus simul, ut transigantur quae ad gymnasticam pertinent. CL. Optime intellexisti, & sic facias. ATH. Faciendum est, neque. n. difficile est, quae vobis vtriusque notissima sunt, transigere. Nempe huius artis vtriusque multo magis quam illius periti estis. CL. Vera ferme dicis. ATHEN. Nonne huius quoque ludi principium est? quia vnumquodque animal natura saltare consuevit. Homo autem, ut tetigimus, cum numeri sensum acceperit, saltationem perperit. Cantus item numerum excitat. Quae ambo inuicem copulata choream & ludum perpererunt. CL. Ita est. ATHEN. Huius partem alteram iam peregrinamus, alteram deinceps aggrediemur. CLIN. Profus. ATH. Sermonem igitur de ebrietatis chorea primum hac, si placet, sententia concludamus. CLIN. Quoniam pacto? ATH. Si ciuitas aliqua tanquam re seria computationibus & cum legum ordine utatur, exercitationis cuiusdam ad temperantiam gratia, & alias voluptates non fugiat, sed eadem ratione ut ipsas superet, exercitetur, hoc vtriusque pacto omnibus his utendum. Sin vero tanquam ludo utatur computationibus ciuitas, et liceat cuique quando velit & quibuscumque velit comibere, & alia quae pro libidine exercere, non essent huius sententia, quod deceat ciuitatem istam, aut hunc virum ebrietati aliquando indulgere. Sed multo magis quam Cretensium Lacedaemoniorumque usum Carthaginensium legem probarem, ut nunquam in castris quisquam gustare vinum audeat, sed toto illo tempore aqua bibatur, et in ciuitate nunquam vini usum seruo vel serua concedere, sed nec magistratibus toto eo tempore quo magistratu funguntur. Gubernatores etiam atque iudices munus suum subituros a vino penitus prohiberem. Deliberaturos quoque de rebus non omnino negligendis. Ac nulli penitus interdum vinum concederem, nisi exercitationis corporea morborumque causa hoc potu opus fuerit, neque etiam nocte viro vel mulieri quando liberis operam dare voluit. Plura etiam referri possent, in quibus homines legis recte

mentisque compotes vino abstinere. Quapropter secundum hanc rationem, nec multis ciuitati vineis opus esset. At qui & reliqua agricultura, omnisque viuendi norma ordinem suum teneret, ac vini usus ferme omnium moderatissimus & parcissimus esset. Hic itaque sermone de vino hostites, si vobis quoque videtur, colophon impositus sit. CL. Probe dictum. Quare & nobis ita videtur.

DIALOGVS TERTIVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVM-LATIONE.

MARSILII FICINI ARGVMENT.



VE MADMODVM medicus sanitatem corporis, ita legum autor spectat animi sanitatem. Quoniam vero omnibus optabilis est valetudinem prosperam retinere ne pereat, quam recipere pereuntem, idcirco praecipuum vtriusque tam ciuiliis, quam medici institutum est, seruare siue corporis siue animi sanitatem.

sequens vero vtriusque consilium esse videtur optimum, siue corpori, siue animo habitum, si quando amissus fuerit, restituere. Quare obrem & apud Platonem & apud veritatem scriptores illi legum commendati censentur, qui subito qua censura scelera perpetrata sunt puniendae, decernunt: Quae vero ratione homines ita orientur, nutriantur, erudiantur, ut scelera perpetrare nolint, non praesident. Nemo igitur admiretur Platonem nostrum firmissime sanitatis animi studiosum, tam in libris Legum quam de Reipublica diu per multa quae videntur leuia, & ad educandos pueros adolescentesque pertinent, accuratus diuersari. Sic enim decet diligentissimum animorum medicum facere. eosque statim natos ita componere, ut vel quasi vna cum firma sanitate geniti videantur, vel saltem aetate adulescente, sanitas animi pariter coalescat. Hinc itaque praecedens illa libri Legum primi secundique diligentia in omni musicae ludi que genere atque conuiuio. Dum enim de autoris legum officio disputat, praecipuum eius, id est, circa pueros, & adolescentes studium, ante omnia indicat declarandum. Vbi meminisse te volo, quanta cautione ad potum vini iudicauerit accedendum, ut non liceat quotidie bibere, neque culibet, neque ad cuiusque libidinem, sed in solemnibus dumtaxat conuiuio, & tunc quidem viris & moderate, raro vero merum, sub arbitro tamen & iudice. Alioqui memineris & quantum probet, ut non liceat in castris militibus gustare vinum, neque in ciuitate seruis, neque magistratibus, neque gubernatoribus & iudicibus ipso iudicii tempore, neque viris mox de rebus magnis deliberaturis, postremo neque viro vel mulieri ea hora qua liberis operam dare constituunt. Haec operae praecipuum fuerit diligenter commemorasse. Pergamus iam ad proprium libri tertij argumentum. Cum igitur lex ipsa ciuitatis. i. discipline ciuiliis forma sit, ciuilitatis autem forma sit ciuitatis, haud ab re de legibus tractaturus multa de ciuitatis ciuilitatisque initio disputat. Ambigit autem vtrum genus humanum fuerit ab aeterno necne, similiterque de mundo. Et quod alicubi tempus nominat infinitum, haudquaquam sine principio proprie atque sine significat, sed nostris potius computationibus infinitum: ideoque dicit sepe tempus inestimabile potius quam immensum. Atque & in sexto similiter ambigens sententiam ita disjungit. Hominum generatio aut nunquam incepit, aut inestimabili aetate nos temporis longitudine cepit. Inestimabile vero forsitan dicit, si quis non solum annos solares, sed etiam lunares, & dies & horas numerare contenderit. Satis autem Christiano fuerit philosophum mundi aeternitatem non affirmasse. Sed quidnam de mille annorum millibus his Mosiaci dicenti? Fortasse Platonem Aegyptiorum more breuissimos annos computauisse. At vero & de his, & de mundi illuuiionibus opportunius agitur in Timeo. Nam vero ad ipsam materiam legum. i. ciuitatem ciuilitatemque reuertamur. Quatuor ciuilitatis figurae praecipue numerantur. Prima quidem statim post generis humani calamitatem in superstitie quodam eius semine seruato, vel altissimorum montium beneficio, vel diuina potius prouidentia. Tunc. n. probabile est filios nepotesque patrisfamilias imperio paruisse. Quod quidem imperium sola constat lege naturae. Secunda figura inter familias plures iam inter se vel oppido, vel vello quoddam